



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum aliquis ordo sit in charitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Ad probare illam propositionem, quam tamē concludit scilicet, Vbiūque est aliquod principium, ibi est aliquis ordo. Inferre namque eam ex duabus propositionibus. Prima est. Prius & posterius dicuntur secundum relationem ad aliquod principium. Secunda est. Ordo includit in se aliquem modum prioris & posterioris.

Et circa hoc quaeruntur tredecim.

¶ Primo, Vtrum sit aliquis ordo in charitate.

¶ Secundo, Vtrū hō debeat Deū diligere plus quam proximum.

¶ Tertio, Vtrum plus q̄ seipsum.

¶ Quarto, Vtrum se plusquam proximum.

¶ Quinto, Vtrum homo debeat plus diligere proximum, quam corpus proprium.

¶ Sexto, Vtrum vnum proximū plus quam alterum.

¶ Septimo, Vtrum plus proximū meliorem, vel sibi magis coniunctum.

¶ Octavo, Vtrum plus cōiunctū sibi secundū carnis affinitatem, vel secundū alias necessitudines.

¶ Nono, Vtrum ex charitate plus debeat diligere filium, quam patrem.

¶ Decimo, Vtrum plus debeat diligere matrem, quam patrem.

¶ Undecimo, Vtrum plus vxorē, quam patrem, vel matrem.

¶ Duodecimo, Vtrū magis benefactorem, quam beneficiatum.

¶ Decimo tertio, Vtrum ordo charitatis inaneat in patria.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in charitate sit ordo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in charitate nō sit aliquis ordo. Charitas enim est quaedam virtus: sed in aliis virtutibus nō assignatur aliquis ordo, ergo neque in charitate aliquis ordo assignari debet.

¶ 2 Præt. Sicut fidei obiectum est prima veritas, ita charitatis obiectum est summa bonitas: sed in fide nō ponitur aliquis ordo, sed oīa equaliter creduntur, ergo nec in charitate debet poni aliq̄ ordo.

¶ 3 Præt. Charitas in voluntate est: ordinare autem nō est voluntatis, sed rationis, ergo ordo nō debet attribui charitati.

SED CONTRA est, qd̄ dicit Cāt. 2. Introduxit me rex in cellā vinariam, ordinavit in me charitatē.

RESPON. Dicendum, quod situr habere rationem principii in actu, sequitur statim ratio prioris & posterioris in principio, & posterioritas in principio. Et rursum ex hoc ipso, quod aliq̄

ponitur habere rationem principii in actu, ponitur ordo inter ipsum principium prius, & principium posterius. Ordo igitur licet includat prius & posterius, est tamen effectus proprius principii in actu. Et ex hac radice optime sequitur, quod vbiūque est aliquod principium in actu, ibi est ordo. In litera ergo author ex notioribus doctrinam tradens, ex relatione prioris & posterioris ad principium, & ex inclusione prioris & posterioris in ordine, causam connexionis ordinis cum principio ab effectu manifestatam intendebat. Hoc enim quod est principium principiare aliquid, est causa eius quod est prius & posterius, clausa in ordine, dicitur per relationem ad principium. Et ex illa causa, ut monstratum est, sequitur mediate, quod vbi est principium, est ordo inter prius & posterius.

¶ Ad secundum dicitur cum authorē in primo sententiarum, distinctione 20. quod sicut scientia includit aliquid ratione generis, puta, esse qualitatem: & aliquid ratione differentie, puta, esse, quo certe cognoscitur: ita ordo ratione generis includit prius & posterius, & non ratione proprii differentialis conceptus. Et quia ad diuina omnia transferuntur similitudines imperfectioribus: ideo ordo in diuinis est sine prioris & posteriori, sicut etiam est ibi principium absque principio. Loquimur enim modo vtendo terminis, prout communitur in philosophia vtitur, & creaturis cōmunes sunt. Superius autem cum de Deo erat sermo, expoliamus eos ab his, quae imperfectioribus sunt. Et haec sunt pro omnium similium solutio.

¶ Super Quaestione vigesimā sexta Articulum secundum.

IN articulo secundi argumēto secūdo, aduerte, quod quia argumentum consistebat in vi maioris similitudinis hominis ad proximum, quam ad Deum, responsio nō negat.

¶ 1 Præt. Similitudo est causa di-

secunda secundae S. Thomae.

I 4 do

q. preced. ar. 2. & q. 23. art. 1.

q. 23. art. 7.

ad 2. & 1. 25. q. 1. art. 1.

D. 222.

3. di. 9. art. 3. cor. & ad 5. Et vir. q. 2. art. 7. cor. & ad 7. & 8.

Lib. 9. Eth. ca. vit. 10. 5.